



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

autem superauit hoc sceptrū exactoris, Esa.9. Quod autem cōcludit, Elige ergo &c. eandē exactionem significat. Hoc enim qd' dicit, Elige, tam est in tua potesta te quām hoc quod dicit, Dilige. requirit autē hoc uerbo uoluntatē ut in Psal.1. scriptū est. Sed in lege &c. & plane idem dicit quod post eum omnes prophetae, nempe se cor requirere non hypocrisim operum.

Ipse.] Heb. Istud.

CAPVT XXXI.



vbiſtuitur Iosue, de quo ſupra dictū eſt cap.1. & 3. Et præcipitur Deut. legi ſepa-
timō quoq; anno omni populo ut dixi-
mus in principio libri, Deinde uſq; ad fi-
nem capitū prädicitur populus à deo ſuo recessurus.

In tabernaculo testimonij dicit. Nā hoc testimonij & ſignum erat q; habebāt deum eiusq; uerbū inter ſe, ſecundū promiſſionem. Habitabo in medio uestri. Itē Exo.25. Inde präcipiā et loquar ad te ſuper propiciatoriu. i. Christū &c. Præterea tunc nube tectus appa-
ruit, qui olim uenturus erat Christi humanitate tectus,
& qui occulto ſpiritu non tamen occulta operatione illabitur mentibus credentium.

Fornicabitur &c.] Hæc indicat liber Iudicum &
regū &c. [Abscondam &c.] id eſt excæbitur,
ut amplius meam ueritatem non uideat &c.

Nunc itaq; scribite;

Sicut supra iussit pronunciare maledictiones & bene dictiones, ita nūc quoq; iubet ut frequenter in populo cantetur canticū quod describit cap. sequenti in testū moniū illis q; sic egerit deus cum illis, & quod illi cōtra deliquerint eum. Itaq; lex hoc ius sibi seruat q; semper reas mult agere impias conscientias ne impune recedat à deo, semp mult obstrepere & occinere nobis nostrā impietatē. Non liberabimur ergo nisi per legis satissimā etorem. [Cūq; comederint.] supra cap. 28. & infra in cantico. In crassatus &c. Tollite librum.

Leuitis qui portāt. i. sacerdotibus leuitici generis præcipitur ut accipiant librū & ponant in arcā. Hoc est quod ministri uerbi ipsum uerbū dei debet ponere in ecclesiā quā eodem uerbo portant. Idem enim significatur q; lex secunda siue deuteronomiū ponitur in arcā, quod quādo secundē tabulæ in eandē ponuntur, id quod supra indicauimus. Sed ut pijs uerbū dei prædicatū est salus & gaudium spūs, ita impijs nihil aliud est quā testimonium contra ipsos, id quod est proprium legis officium, ut supra diximus, id quod hic uides.

Adhuc.] Si quādo prædicatur uerbū dei contēnitus deus, quid fiet ubi deus abstulerit uerbū & uerbi minē

Congregate. Omnem mouet lapidē, (strūs ut non obliuiscatur dei, dat ceremonias, signa facit in uestibus, in ostijs domus, in manibus, iubet benedictio-

nis & maledictionis pronunciare sententiam, & canere canticum, contestatur, adiurat &c. atque haec oīa iubente deo, sed frustra, ut uideas quid sit natura absq; spiritu, ut erubescamus de nostris admitionibus &c.

CAPUT XXXII. Canticum Moysi.

N hoc canto Moyses inuocat, ut supra, contra transgressores coelum & terram qui benignitate dei facti erant dei populus prae cunctis nationibus terrae, propheta noster q; in rerum omnium abundantia ubi uel maxime oporebat beneficium patrem agnoscere recessuri sunt a deo ad alienum cultum & alienam fiduciam, ut irritent deum aduersum se donec perdatur. Resipientibus uero etiam post iram dei gratiam promittit quae est etiam gentium salus ubi cœperint reuelata ueritate errorem agnoscere & iustitiam sitire. Hoc itaque canticum iubetur frequenter canere ut cognoscant in quo statu sine ipsorum res, argente uel defendant conscientia.

Audite coeli. Quia impi contemnunt uerbū, testes uocant prophetas contra eos oīes creaturas q; eis prædicarint. Sic & Esa. 1. & Hiere. 6. Et Paulus dixit Act. 20. Mundus sum a sanguine omnium &c.

Concrescat &c.] Etiam Esa. 55. Imbris & niui è coelis foecundanti terram comparatur dei uerbum.

Inuocabo.] scilicet contra transgressores, uel, Canicula noīis domini canam. [Date.] Sententia est, Dñs